



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 21. De decimatertia excommunicatione in eos, qui à grauamine, vel
futura executione litterarum Apostolicarum appellant ad laicam
potestatem,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

in Romana curia. Accedit quod si personæ prædictæ quæ extra Romanam Curiam existentes, in suo munere occupantur in ordine ad eamdem Curiam: nimirum ut in ipsa negotiis & causis rectè geratur: si non protegerentur per hanc sententiam, non esset per eam sufficienter prouisum negotiis in Romana curia gerendis: cum sepe absque iis quæ sunt in locis partium, & inde ad Curiam transmittuntur: negotiis in curia expediti non possit.

Notandum est quintò, verba illa *procurantes & Procuratores*, ea in hoc differit, quod procurantur nomen generalius sit; nam & solicitatores & alii, qui nomine partis principalis, opere suam quoquo modo nuant, procurantur nomine continentur. Procuratoris vero nomen tantum dicatur de iis qui publico & authenticō instrumento, vel ad lites omnes vel ad aliquam determinatam, vel ad aliqua negotia peragenda instituti sunt: quique potestate habent comprehendendi in iudicio nomine principalis, in eoquē agendi validē.

Notandum est sexto, nomine Romana Curia, hic non intelligi urbem Romanam, neque locum ubi est persona Papæ: sed locum in quo est audiencia causarum. Sedis seu auctoritatis Apostolicæ, & literatum Apostolicarum; ut colligunt Doctores ex eo quod in Clement. Ne Romani De electio. Sanè habetur: quod si in certo loco, causarum & literarum Apostolicarum audiencia remanente; Papam alibi mori contingat: non ibi, sed ubi prædicta fuerit audiencia, noui Pontificis electio celebretur; quia scilicet is locus est Romana curia. Non igitur accipitur nomen curie in hac materia pro apparatu & splendore domestico famulorum, equitatus, & ceterorum id genus: sed pro loco prædicta causarum audiencia.

Notandum est septimo, ex verbo *Non verentur*, colligi quod ad incurrandam hanc censuram requiratur ut homo sciens ac prudens faciat et propter quæ illam imponi ante dictum est: siue principaliæ sint, ut interficiere, percutere, aut bonis spoliare, siue accessoria, ut dare in eisdem consilium, auxilium, aut fauorem. Idem enim est dicere, qui non verentur, ac dicere qui audient, vel qui presumunt: ita ut exigatur actio presumptuosa, seu quæ scienter aduententerque perficiatur. Unde sequitur eum qui per lapsum lingua & inaduententer daret consilium hinc prohibitum, aut quid ceterorum hinc item prohibitorum: de repte ac imprudenter faceret, non ligari hac censura.

Notandum est octavo, circa verbum *per alium*: ipsum in istiusmodi sententiis non semper surpari eodem modo: neque amplè sed interdum quidem amplissimè ita nempe ut quidquid nostro consilio, auxilio, fauore, vel quacunque nostra auctoritate, mandato, aut inductione directa vel indirecta, mediate vel intermedia, alias facit: id nos per illum fecisse dicamus. Interdum vero usurpari minus amplè, ut id per alium dicatur factum, quod alterius auctoritate, & mandato fit; ut quod dominus facit per seruos; Rex per milites: pater per filios, &c. An autem hoc vel illo modo usurpare in aliqua sententiâ Superioris, non potest aliiunde colligi melius, quam ex praecedentibus in eadem sententiâ & subsequentiibus. Si enim post particulam, *per alium aut alios*, addatur clausula qua exprimantur dantes consilium, auxilium, vel fauorem, ut in presenti clausula, tunc ea ipsa particula *per alium aut alios*, videtur secundo modo intelligenda: ut solum indicet id quod sit propriè per alium, quale est id, quod nostro mandato nostraque auctoritate aliis facit. Sive memorata clausula non addatur; neque illa fiat mentio dantum consilium, auxilium vel fauorem, tunc eadem particula, *per alium aut alios*, est ad eos omnes extendenda secundum priorem acceptationem: quia quisquis aliquius mali cœla efficax fuerit, id ipse per alium fecisse dici potest.

Notandum est nono, ad clausulam per se vel per alium, meritò ad clausulam direcū vel indirecū: quia cum solum dictum esset: *Qui per se vel alium occidunt seu quoquo modo percutiunt, aut bonis spoliari*: dubium esse potuit: an hac sententiâ comprehendetur, qui indirecū occideret, percuteret aut bonis spoliaret occasione negotiorum quæ tractantur in Romana curia; ut fieri posset cum pater de aliqua persona tractante eiusmodi negotia; filio et intentione ut illum occidat, dicit: Non possumus per horam quietè vivere, quam-

diu iste superstes fuerit, dubitari potuisset, an si filius occidet, pater hanc censuram incurret et virtute illius particula, *per alium*; quæ causa dubitandi sublata est per additam clausulam, *directe & indirecū*. Idem iudicium est si quis occasione eorumdem negotiorum, personam occidi procuraret, et per falsos testes de aliquo criminis coniunctando in iudicio capitali. Item si de eadem persona aliqui alteri tam multa mala narraret, aut tam græves ei illatas iniurias, aut patatas infidias referret: ut talibus dictis permotus, eamdem illam personam occideret. Similiter si quis sciens aliquem certo loco armatum expectare talem personam ut occidat: aliquæ arte coreret, ut illa per eum locum transeat: ibique occidatur occasione causarum & negotiorum quæ gerit in Romana curia. In his enim & multis similibus, dubium esse posset: Num sic per alium occidit, incurrit in hanc excommunicationem: nisi adderetur particula, *Non verentur directe vel indirecū delicta huiusmodi committere*, per quam dubitatio huiusmodi tollitur.

Superest satis grauis difficultas: An cum ad Romanam curiam quis recurrat pro suis negotiis, si hæc sint iniusta & per iniustitiam ab Aduocatis, Procuratoribus, & ceteris defendantur, ac manifesta iniustitia in iudice appareat: adeo ut pars per iniustitiam graviter lædatur, idque in re gran. *in omnibus sui bonis*, nec possit faciliter ab eadem iniustitia se protegere. An inquam, in eo casu pars laesa, si vel ex ira, vel ex odio, aut ex alia iniusta sui defensione, aliquam ex predictis personis, per se, aut per alium, directe, vel indirecū occideret, aut bonis spoliaret, vel in eiusmodi delictis consilium auxilium, aut fauorem præstaret, incidet in hanc excommunicationem. Ratio difficultatis est, quod vna ex parte non debeat videri Summus Pontifex illos iniustos a quæ adeo pessimis homines tueri, huius bullæ auctoritate. Ex alia parte vero, quod in praesenti clausula loquatur absoluere contra tales percussores, occisores, &c. nullà additâ restrictione. Ceterum videtur vñendum distinctione: ac dicendum duobus modis posse tales personas per lequi causam iniustam: uno modo faciendo evidenter in iniustitiam: prius àlius evidenter fallit probando per falsos testes, aut quid simile: si que eum qui perpetravit aliquam ex actionibus haec clausula prohibitis; non viderii incurrere in hanc censuram, ob rationem allatam pro parte negante proprieate difficultatis. Altero modo præfati possit causam iniustitiam, non quidem evidenter agendo contra iniustitiam: sed vñendo mediis aliquib[us] licitis vel indifferentibus: aut eriam si illicitis, non tamē directe facientibus contra aliquam ex personis quæ iniustia excommunicationis sententiâ proteguntur: sicut si fieri potest prorogando terminos, adsefendo conjecturas probabiles, vtendo aliquibus cauillationibus quibus præsens, temporis Aduocati & Procuratores abundare valent: & ita probabile est, quod occidendo, percutiendo, aut boris spoliando aliquam ex illis personis, incurritur hæc censura: Tunc enim communiter non apparet evidens iniustitia ob quam à Papa dictum absolvit, accipi debeat cum restrictione: sapientiæ, p[ro]ficio facit parti apparet quædam evidenter iniusta esse, quæ ne probabiliter quidem sunt talia: immo nec vilam iniustitiam speciem frequenter p[ro]sse ferunt.

CAPUT XXI.

De decimatione excommunicatione in eos qui appellantur a grauamine vel futura executione literarum Apostolicarum ad latram potestatem: lata his verbis.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos quam seculares, cuiuscumque dignitatibus: qui præterentes friuolam quandam appellationem à grauamine vel futura executione literarum Apostolicarum etiam in forma brevium, tam gratianum, quam iniustitiam concernentium: necnon citationum, inhibitionum, sequestrotum, monitoriorum, processuum executorium & aliorum decretorum, à nobis & Sede prædicta, seu Legatis, Nuncio, Præsidentibus palati nostri & cameræ Apostolicæ auditoribus, Commissariis, aliisque iudicibus & Dilegitis Apostolicis, emanatotum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias

Curias ſeculareſ, & laicam potestatē recurruunt: & ab ea inſtante etiam fisci Procuratore, vel Aduocato appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitions, fequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt: quive illa ſimpliceret vel fine eorum beneplacito & conſenſu, vel examine executioni demandari; aut ne Tabellioneſ, & Notarieſ ſuper huiusmodi literarum & processuum executione, instrumenta vel acta confiſcere: aut confeſta part, cuius intereſt, tradere debeat, impediunt, vel prohibent: ac etiam partes ſeu eorum agentes conſanguineos, affines, familiareſ, Notarioſ, executorioſ, & ſubexecutores, literarum, citationum, monitoriorum & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis & regniſ cliuant, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concuriunt, & comminuantur per ſe velatum ſeu alios, publice vel occulēt: quive alias qui būcumque perfonis in genere vel in ſpecie, ne pro quibusuis eorum negotio prosequendis, ſeu gratiis, vel literis impetrandi, ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant ſeu gratias ipsaſ velli literas à dicta Sede impetrant, ſeu impetrati vntur: direcțe vel indirecțe prohibere, ſtatuer, ſeu mandare, vel eas apud ſe aut Notarioſ ſeu tabellioneſ: vel alias quomodolibet retinere preſumunt.

S V M M A R I V M.

- 320 Cauſe, ob quas, & perſone in quaſ fertur decimateria excommunicatio Buſſa Cæna.
- 321 Fiuola appetatio, que mouit Papam ad eam ferendam.
- 322 In eam incurrit qui impediunt aut prohibent executionem propositam fieri ſine Principi ſuī beneplacito.
- 323 Prohibitionem requiriunt ad eam incurrandam ſufficit quidem ſaditam eſſe per ſtatutum; ſedita, vi & debeat facta eſſe cum reme-riate, & preſumptione.
- 324 Recuſans obediens literis Apostolice eo pretextu quod non habeatur beneplacitum Principi: ut tali beneplacitum ſibi procurans, no[n] incurrit in hanc excommunicationem.
- 325 Extracum caſum, quomodo recuſans in eamdem incurrit.
- 326 Quando Magistratus aut Princeps incurrit in hanc excommunicationem ratione ſuī conſensus, aut examinio circa literas Apostolice.
- 327 De excuſatione ab hac excommunicatione ob metum Principi.
- 328 Obſeruanda de prohibitione, impedimento, & examine ob que iſta excommunicatione imponitur.
- 329 Perſone a quibus emanent debent literaſ Apostolica hinc ſub excommunicatione prohibite impediſſe mandentur executioni.
- 330 Reſpectu applicationum Apostolicarum non incurrit hec excommunicatione, nec respectu literarum Penitentiarie.
- 331 Idem dicendum respectu literarum Congregationis inſtitute pro reſponsione ad difficultates circa Concilium Trident.
- 332 Reliqua notanda circa verba preſentu clauſula.

teratum Apoſtolicarum. Tertium continet impediētes vel prohibentes acta confeſta ſuper literarum prædictarum executione parti cuius intereſt, tradi ſimpliceret aut ſine ipſoſum beneplacito vel examine. Quartum continet eos qui partes ac eorum agentes, conſanguineos, affines, familiareſ, Notarioſ, executorioſ, & ſubexecutores ſcripturarum Apoſtolicarum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus vel regniſ efficiunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, comminuantur, per ſe vel alium ſeu alios, publice, vel occulte. Quod intellige cum Tolero in expositioſ excommunicationis nonne ſub initium: ſi talia faciunt occaſione & intuītu prædictarum ſcripturarum. Quintum caput continet prohibentes directe vel indirecțe, quaſcumque perſonas pro quibusuis negotiis prosequendis aut gratiis vel literis impetrandi ad Romanam curiam accedere, aut recurrere aut impetrari vi. Præterea preſumuntur eaſdem literas, ut apud Notarioſ, aut apud Tabellionem aut apud ſe quomodolibet reciñere.

Pro explicatione notandum eſt primò, iuſtam cauſam iſtius excommunicationis ferenda indicari verbis poſitiſ iſtio proposito clauſula quā fertur, Præteſtentis fiuola in quaſdam applicationem agit auamine, &c. que apteſ inſinuant, ſic do-ſlo & mala fide agi aduersus Apoſtolicę ſedis authoritatē in praēſenti materia; vt ad refiſendum opus ſit Ecclesiasticum gladium vi maxima vibare. Vnde conſequenter intelligitur, quod attingit à Graphis lib. 4. deſiſ. aurearum cap. 18 num. 10 8. huic cencore non ſubſili eum qui bona fide ageret; ſciens v.g. tales literas, ſubreptias vel obrepticias eſſe: eo quod contra débitam Papae intentionem contineant apertam iniuſtiā, à qua neque aliter ſe protegere quam recurrendo ad poteſtatem laicam. Qua tamen in re diligenter retinenda eſt cauſio proposita in fine precedentis capituli, ne forte appellatio quā re vera fiuola eſt, appetitus inordinatus faciat apparet aliam.

Cæterum videri potest Pontifex iſdem verbis alludere ad illud quod contrauenientes huic decreto ſolent dicere: ē talia facere ut consulant propria Reip. utilitati. Quā quidem excuſatio ideo fiuola, nulliusque momenti ceneretur, quod Summo Paſtori, cui iure diuino ſubſiuntur, refiſſe non licet ipſis, niſi quando ille tyrannice ſe gereret, ipſoſq; contraria uitia opprimere vellet: neque propoſentibus diſſcultates ſuas, ac Reipublica ſue detinenta, vellet villa alia via prouidere; tunc enim excuſationem haberent. At neque ipſi proponunt, neque grauamen, ſeu dampnum prætendunt ita magnum, quin scandalum quod ex ipſorum inobedientia ſequitur, fit longe maius ac ſibi alis que pernicioſius. Idiſum Toletus habet loco citato.

Norandum eſt secundò, diſtinzione & coniunctionem, nequā ſum faciemus perſonarum, que hīc excommunicatione, indicari diſtinzione quidem per diſiunctiua, vel, que indicat plura ſimil poſita, ſeorsim accipienda eſſe: arque ad eo unum fine aliis ad hanc excommunicationem ſufficere. Coniunctionem verò, per coniunctiua, Et, indicantem ſimul poſita, eſſe ſimul capienda: ideoq; vnu fine aliis nō ſufciere ad excommunicationem hanc incurrandam. Quamquam interdum ſubiecta materie cogit ipſam coniunctiua, pro diſiunctiua ſumere: ut patet in ſequent, notab, ſexto.

Cæterum quamvis hīc expreſſa mentio fiat tantum eorum qui literas ſeu ſcripturas Apoſtolicas ſuperius expreſſas impediunt, aut prohibent executioni mandari ſine beneplacito, & conſenſu vel examine ipſorum: probabile eſt tamen comprehendere etiam illos qui non quidem ſine ſuo, ſed ſine ſuo Principi conſensus, & beneplacito executioni mandari impediunt. Ratio eſt, quod odi & pœna extendi debeat interpretatione, quoitieſcumque alloqui viſ legis evacuaretur, & eludereetur: ſicut hīc contingere. Nam ſi quilibet ma- gistratus impunè poterit prohibere, ne ſine conſenſu ſuī Principi litera, cuiusmodi mandentur executioni; quantumvis nequeat prohibere, ne ſine ſuo conſenſu id faciat, ſi quando conſigterit omnes omnium Principum Magiſtratuſ co mo- di prohibere, impediretur omnium Apoſtolicarum literarum executione; nec villa eorum mandaretur executioni ablique ſecularium hominum & potentium conſenſu; quod eſt con- tra finem & ſubſtantiam huius ſententiae: quā inde ſic clude-

ſetur

322.
Materia huius excommunicationis ex Cæter. verbo Excommunicatio cap. 17. & 19. eſt sacrilegium quo offendit Sediſ Apoſtolicę & authoritas, ſue in ſuis ſuorumque literis, ſue etiam in ſuis Notarioſ, Executoribꝫ, & Subexecuto-ribꝫ: que quidem litera, ſcripturæ Apoſtolicæ ſunt Bulle & Breuia: tam gratiam, quam iuſtitiam concernentia: ac citationes, inhibitions, ſequeſtra, monitoria, processus ex-ecutořiales, & quaſcumque alia decretalē quā emanant à Summo Pontifice, & Apoſtolicā ipſius Sede; vel à Legatis aut à Nunciis Apoſtolicis, vel à Praefidēribꝫ Apoſtolicis, vel Auditoribꝫ camere Apoſtolicæ, vel à Comiſſariis Apoſtolicis, vel ab alibꝫ Iudicibꝫ Apoſtolicis vel à delegatis Apoſtolicis. Perſone autem in quaſ eadem hæc excommunicatione ſertur ſunt variaz: quā reuocantur ad quinque capita: quorum primum contineat primò eos, qui præteſtentis fiuolam applicationem, recurrunt ad potestatē laicam, & prædictas literas capi & retineri faciunt. Secundò, impediētes. Terdiſ prohibenteſ, re tales Scripturæ ſimpliceret vel fine eorum beneplacito aut examine mandentur executioni. Se- cundum contineat primò impediētes; ſecundò, prohibenteſ acta conſiſt simpliciter, aut fine eorum beneplacito vel examine, ſuper executione earumdem ſcripturarum, ſeu li-

retrum ut proflus inutilis esset. Neque his obstat regula vulgaris; quod odia restringi, & fauores ampliare debent. Nam ea tunc solum locum habet, cum fuis & iubstantia praecepti potest alioqui saluari. Hic autem non potest, ut praediximus. Neque necesse fuit expressam Principium mentionem fieri: quia Magistratum & Principium beneplacitum pro eodem accipi potuit, vnamque in alio in eligi, cum idem sit vtrorumque tribunal.

323. Notandum est tertio, circa verba *impedit vel prohibent*, ad hanc censuram incurrandam non requiri qui impedit, simil probabit, sed sufficere ut quoque modo impedit. Neque item ut ad factam prohibitionem sequatur realis impedimentum; quia particula disiunctiva, vel, satis ostendit sufficere sine impedimentum solum, siue prohibitionem solum memoriam executionis literarum Apostolicarum. An autem sufficiat per statutum generale impediti ant prohibiri, dubitari potest; cum verba impediendi vel prohibendi, neque id exprimant, neque innuant: significant enim actus qui exercentur in particulari. Sed quamus id sit, sentitur, dum est tamen sufficere: quia statutum eiusmodi magis aduersatur executioni li eratum Apostolicarum, q iam actualis impedimentum vel actualis prohibitus: quoniam illud est velut radix & fons, haec velut fructus, & riuus posito que statuto impedimentum fit generale: quod sine statuto, contingit solummodo particulariter in aliquo singulari.

Notandum est quartio, quod quamvis in praesenti clausula non habeatur, acut in precedente verbum *Non reveruntur*, quo significatur praesumptio & temeritas in agendo: sed simpliciter dicatur impedimentum vel prohibent: nihilominus tamen probabile esse ad hanc censuram incurrandam requiri quoque temeritatem seu praesumptionem in impediendo, vel prohibendo executionem, de qua hic agitur, literarum Apostolicarum. Ratio est: quia communiter tam gravis huius Bullae pena non solent puniri, nisi sint temerari. Hinc ab ista excommunicatione videtur potest ille excusari, tanquam non agens praesumptuosè, quoniam in aliquo Magistratu, ex repentina timore sui Principis, vel ex simplicitate aut ignorantiæ seu inconsideratione, prohibetur sine suo vel Principis sui consensu, aut examine, oblatas literas seu scripturas Apostolicas executioni mandari: ita vt admonitus postea ab alio, vel re apud seipsum melius considerata, reuocaret prohibitionem: diceretque id ad se nihil pertinere, vel se nolle cognoscere de scriptis Apostolicis; sed permittere, qualia sunt, mandari executionem.

324. Notandum est quinto: ipso nomine impedientium aut prohibientium non contineri, neque in hanc excommunicationem incurrire eos, contra quos emanata sunt littera Apostolica, quando eidem obediunt reculant hoc titulo seu colore, quod super illis non sit obtentum beneplacitu. Magistratus aut Principis permittentes earum executionem. Ratio est: quia tales nec impedit, nec prohibere dicuntur vere, ac propriè; neque datur causa cur ad eos extensis in hac res facienda. Immo datur in contraria, cur non sit facienda: qualis est quod obtemperantes ante obtentum secularis protestatis consensum, puniendi sunt a suis Principibus, aut alterius male tractandi. De iis etiam qui talis consensum petunt a seculari potestate; nec sentendum est ipso nomine impedientium aut prohibientium contineri, aut ea de causa incidere in hanc excommunicationem: supposito quod Principes nolint quidquam talium scripturarum executioni mandari absque eiusmodi consensu.

325. Notandum est sexto, circa verba, *Sim eorum beneplacito, consensu, vel examine*, quodcumque horum trium intercuriat, sufficere ad incurrandam hanc censuram: hoc est, siue Magistratus prohibeat executioni mandari scripturas Apostolicas sine suo beneplacito & consensu, que duo in idem recidunt, etiam si de examine nihil cujet: siue contra prohibeat executioni mandari sine suo examine, sed ita ut nolit requiri suum consensum, sed solum velit eas examineare; & post examen reddere ita illas & immutatas, ac acceptis, nullo addito signo, vel nota sul consensu. Huius rei ratio sumitur ex particula disiunctiva, *Vel*, cuius vis est, facere ut singula scorsim valeant. In eo enim à coniunctiva distinguuntur, quæ ordinariè facit, ut non nisi simul aliqua valeant. Dico au-

tem ordinariè, quoniam ea non sunt quam ad instar disiunctiva, facit ut singula seorsim valeant, quod diudicandum est ex materia subiecta.

Notandum est septimo: cum non prohibeatur hoc loco, ne Magistratus aut Principes secularis consensu suum aene placitum præstent scripturis Apostolicis, neve illas examineant; solum ne impeditant, aut prohibeant, eas executioni mandari sine ipsorum beneplacito & consensu, vel examine: posse recte inferri: quod si quis Princeps, aut Magistratus liberè permitteret sine suo consensu & examine Apostolicas litteras executioni tradiri; sed requisitus ab alio siue ad maiorem cautelem, siue ad maius robur carundem scripturarum, sub aliquibus temporalibus penas gravioribus, præcipiter obtemperari illis, excutorialeque litteras ad id concederet: in hanc censuram non incurrende; quantumvis in premium talis beneplaciti sui, aliquid exigi præceret.

Inferri quoque potest quod si Princeps aliquis nulla facta prohibitione, ne executioni mandetur id quod litteris Apostolicis continetur, easdem litteras diligenter examine: siue ex curiositate, ut videret an aliquam iniuriam continerent, siue bono zelo vt Pontifice in de iustitia, si quan inveniret moneret: siue quocumque alio fine: neque incidere in hanc censuram: quia non impedit neque prohibet eam de qua hic agitur, executionem. Illi aut qui sic examinare litteras Apostolicas, aut sine suo beneplacito eas executioni mandari prohibent: ut ipsi sumunt sibi cognitionem canarium in illis contentarum, vel intque iudicare an iniuriam aliquam continant, incurrit quidem in execuminationem: sed per sequentem Bullæ clausulam, non vero per hanc: in qua sermo tantum est de iis qui præteri quodam confusione absolue iurisdictionem. Principium secularium, nolunt quidquam recipi ex ordinationibus Apostolicis, nisi habita Principis approbatione. Ex quo principio facile est illos eò usque progredi, ut velint de iustitia scripturarum Apostolicarum cognoscere: quod tam est contra iustitiam, quam si unus Rex velleret de iustitia literarum alius Regis cognoscere; quandoquidem Papa iurisdictionem suam Ecclesiasticam habet à Christo, non minus independentem iurisdictione laica, quam Rex secularis suam habet independentem à quavis alia laica.

Notandum est octavo: notarios, executores, & subexecutores prædictatum literatum, si nolint confidere acta super eiusmodi executionem, vel confessa nolint parti tradere, nisi prius interuenient beneplacitum, aut examen Principis, vel magistratus permittentis eamdem executionem, non incidere in hanc censuram. Neque item Praelatos Ecclesie, ad quos frequenter tales litteræ diriguntur, si eis non videntur, neceas executioni tradant, nisi obtempero prædicto beneplacito. Multo minus vero incidere inferiores iudices, ac ministros iustitiae, capitanos, lictores, aliosque id genus, si innotati ad opem ferendam pro eadem executione, recusent ferre, quo usque super illis obtineatur supradictum beneplacitum. Ratio est: quia haec sententia excommunicationis non fulminatur aduersus eos qui non sequuntur, nisi habito beneplacito, vel qui simpliciter non sequuntur: sed aduersus eos qui in impedient vel prohibent executionem. Neque illorum est iterum in seipsis suscipere aduersus Principes ac supremos magistratus, pro defensione literarum seu scripturarum Sedis Apostolicæ: sed ad eam ipsam Searem id pertinet, quæ viæ potest. Quod si per hanc sententiam cogendo non proficiat, neque viterius aduersus non obtemperantes progrediatur, excludant qui timore ipsorum Principum aut Magistratum reculant obediens, quoque prædictis litteris accessent corum beneplacitum.

Si quereras an etiam excusentur à peccato. Respondeo neque virtute sententia qua excommunicatione hac proficit, illos peccare: quia nihil in ea præcipitur de talibus personis, neque virtute scripturarum Apostolicarum, quando non continent expessum præceptum super ea: ad peccatum enim requiritur trahit gressio præcepti. Necitem quando in scriptis Apostolicis continetur simplex præceptum, quo aliqui prædictarum personarum præcipit literas ipsas Apostolicas executioni mandari, aut super eamdem execu-

nem acta conficeret; si quidem Principi prohibito fuerit, qua absque suo consensu & beneplacito id fiat; præceptum huiusmodi videtur intelligi si interueniat Principis beneplacitum; ita ut hoc deficiente illud non obliget: ob periculum felicitatē confandi sibi magnam ipsius iniuriam, exponendique se periculis magnis tormentorum & calamitatum pœnam. Etenim præceptū humanum tunc non obligat, cum quid cum illius obseruatione concurrit, quod metum grauem adserit, quodque vir prudens merito forandet. Adde quod ex tali obseruatione nati possit in Rep. perturbatio sine fructu; & cum damni, etiam spiritualis pericolo.

Notandum est nonnulla ex Nauarr. in Encir. cap. 27. n. 68. ver. 2 ad incidentum in hanc censuram non esse necessarium ut predicta impedimenta fiant autoritate iudicaria & laica sed satis esse si in authoritate priuata vel Ecclesiastica: quod est, hac excommunicatione innodari omnem eum qui literatum Apostolicarum executionem impeditur, siue persona sit priuata siue publica, id est, quiuis siue Clericus sit, si vel laicus priuatum degens vitam: & siue si laicus M. gistratus aut Princeps cuiuscumque præminentia & dignitatis, & Eccl. Eccl. H. c. 18. Praelatus; Patriarcha, Primas, Archiepiscopus, Episcopus, &c. Ratio Nauarr. est: quia nulla sunt verbahuius clausula, que vel priuatam personam, vel publicam: Ecclesiastram, vel laicam excipiunt aut quoquomodo innuant excipiendo. Neque detur ratio quæ id ostendat. Vnde ut est sententia generalis, sic debet generaliter intelligi. Neque Episcopus in hacre sibi potest plus sumere quam ceteri. Nam ipsius Episcopalis dignitas non constituit eum literatum Apostolicarum iudicem, sed potius Apostolicam. Sedit tanquam Pape in regime Ecclesie administrum, omnino subiliat. Potest tamen sine hac censura ac etiam absque peccato mortali, prohibere literas scripturasque Apostolicas executioni mandari, non habiro prius consensu ipsius, vel nisi per ipsum prius examinenter: non ut iudice de iustitia earum; neque ut circa easdem, si consisteret Apostoli: asse, seu emanata ab aliqua personarum, de quibus in sequenti notabiliter ducetur: aliquid prohibeat, mutet, impedit, &c. sed solum ut examineat & recognoscatur, an sint literæ Apostolicæ verae, an fallax, aut usurpatæ, prout sepe contingere obseruerum est. Ac quando Episcopus ipse inueniret aliquam signa falsitatis aut usurpationis, posset Sedem Apostolicam monere eiusque voluntatem inquirere: interea suspendingo executionem talium literarum, quo usque ab eadem Sede certior de veritate fiat. Si quæras an laico magistratu liceat illo eodem modo examinare predictas literas, similiterque prohibere executionem eorum fieri sine suo beneplacito. Respondetur, probabile esse ab hac censura, tunc excusari, cum non faciat contra Pontificis in hac clausula intentum: quandoquidem non vult cognoscere de literis, quas constat Apostolicæ esse, atque legitimas.

Notandum est decimò, enumerati diversa genera personarum a quibus emanare debent scripturae, quantum executioni impeditentes, aut prohibentes fieri sine suo beneplacito, vel examine; hic excommunicantur; nempe Summum Pontificem, atque Apostolicam Sedem, Legatos ipsius, Nuncios, Praesidentes cameræ Apostolicæ, Auditores, Commissarios, aliosque Iudices, & delegatos Apostolicos. Quorum personarum inæqualis est facultas: tum in ordine ad causas & negotia; quia alii plures, alii pauciores causæ commissæ sunt: tum in ordine ad loca in quibus dictæ literæ debent recipi, & carum executio impediti vetatur. Alij enim potestatem habent in totum orbem Christianum; alij in particulares provincias, regna, ciuitates, aut personas: quod notare oportet adjudicandum de plerisque, utrum incurriant in hanc censuram.

In Summo Pontifice igitur, & in Sede Apostolica consequenter plenitudo est potestatis, à quo profectæ literæ Apostolicæ possunt quamcumque causam spiritalem complecti: immo & temporalem, quatenus ad spiritalem ordinatur tanquam pertinens ad fidem, moreisque populi Christiani. Item possunt esse ita viuerciales, ut concernant totum orbem Christianum: quod non semper contingit, sed aliquando pertinent ad certas provincias, locaque particularia. Quando auem viuerciales sunt, vbique recipi debent, & quisquis prohibet vel impedit, ne sine suo beneplacito, & ex-

mine recipiantur, & executioni mandentur, ybius locorum id faciat, incidit in hanc censuram. Quando vero sunt particulares, recipi debent in illis locis ad quæ sunt directæ, seu in quibus extenore ipsarum colligitur, eas habere suas vires.

Quod idem videtur iudicandum de Auditori camerae Apostolicæ, quantum ad locorum viuerciam, cum sit Index ordinarius Papæ: non tamen quantum ad viuerciam causarum & negotiorum, cum Pontifex nulli soleat totam suam autoritatem delegare. Quanquam super quascumque causas idem. Auditor scripturas Apostolicas expediens, credendum est: ipsum potestarem habere id facienda & consequenter obedientiam esse. Praesidentes vero, quotum hic sit mentio, potestatem siue ordinariam siue delegatam in causis & negotiis particulatis habere solent in ordine ad quilibet terras Christianorum, & ideo quotiescumque ad aliquem in quoquo loco existentem, vel ad ciuitatem scribunt, literæ, ipsorum sunt recipienda. Legati autem Apostolici potestatem communiter habere solent tantum in terris sue legationis, & aliquando in omnibus quoque terris, & diebus terrarum per quas transeunt: non tamen semper æqualem, quia solent Romani Pontifices aliquando maiorem, aliquid minorem concedere pro qualitate personarum. Nincipit vero habent potestatem in illis regnis ad que sunt destinati Nancij: quæ potestas minor esse soleat potestare legatorum. Commissarius praeterea potestatem habent solum in locis sue commissionis: & eam adhuc præcedente minorum. Iudices denique in locis & causis ad eorum tribunal, & delegationem pertinente, &c. &c. &c.

Dificultas autem est de nonnullis literis quorum non est in hac clausula facta: mentio expræssæ: num earum executionem impediens incurrit in hanc censuram. Ac prius occurserunt supplications Apostolicæ concernentes gratiam, vel iustitiam per Romanum Pontificem vel S. R. E. vicecancellarium, seu per gerentes eorumdem vices, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatas & datatas: de quibus an regimus cum de lex a excommunicatione que in falsarios earum profertur. Tenendum autem videretur de talibus: quod prohibentes carum executionem, in hanc censuram minimè incurrit cum ea nullo modo continetur hac clausula: non quidem expressæ, ut manifestum est; neque ratiæ, quia maximè continerentur sub nomine literarum Apostolicarum: sub aliis enim, quomodo continerantur non appareat. At non continentur sub nomine literarum Apostolicarum, ut ex eo intelligitur, quod in clausula memorata sextæ excommunicationis tanquam inter se distinctæ, seorsim nominentur literæ Apostolicæ, & supplications gratiarum vel iustitiam concerentes, per Romanum Pontificem, vel sanctæ Ecclesiæ Vicecancellarium seu gerentes vicem ipsorum signatas.

Occurrunt secundò literæ pœnitentiaræ, que expediens

solent nomine Majoris pœnitentiarij, qui cum non sit legatus,

neque Nuntius, neque Auditor camerae, neque Praesidentes,

neque Index, neque Commissarius neque delegatus; de illius

literis idem videatur dicendum, ac de supplicationib. dictum

est: maximè cum nec determinari possit, sub quibus verbis

clausula, illæ dicti aleant contineri.

Ocurrunt tertio, literæ congregationis Concilij Trid.

quibus aliquis eiusdem Concilij locus declarari solet. De

quibus idem ac de præcedentibus videtur dicendum. Non

enim appetit sub quibus verbis huius clausule possint com-

prehendi. Non enim sunt literæ Apostolicæ: quia licet con-

fici Pontifice, vel de eius mandato scribantur: non iofius ta-

men; sed congregationis nomine scribi solent, ac subscribi

ab aliquo ex illustrissimis Cardinalibus: hic autem non fit

mentio de literis scriptis de mandato vel consensu Papæ,

sed solum de literis Apostolicis. Dices, mentionem fieri sub

illis verbis Aliisque iudicibus & delegatis Apostolicis, cum

Cardinales prædictæ congregationis sint quasi Iudices à Summo

Pontifice constituti ad declaranda Concilij loca, quoties cit-

ca ea occurrit difficultas. Respondeatur, quod cum iidem

Cardinales deputati sint ad declarandum, non ad dicen-

dum ius, non vident Iudices esse aut delegari, de quibus

in hac clausula est sermo. Vnde consequens est secula-

res Magistratus examinantes tales literas aut executioni

332. mandari prohibentes, non incidere in hanc censuram. Norandum est vnde dicim⁹, sicut priore parte huius clausulæ prouidetur executioni literarum Apostolicarum; ita posteriore prouideri personis in ordine ad talium literarum vsum, vel interpretationem: nempe Notariis, & Tabellionibus, partibus, & agentibus ipsarum, executoribus & sub-executoribus atque accessitibus, aut recursum habentibus ad Romanam curiam. Vbi adiutare discrimen esse intercedere, & recursum habere: quod accedere, si per se ipsum, & in propria persona ad locum aliquem se conferre. Recursum habere vero, si quo modo, sicut in propria persona, sive per literas, sive per procuratorem, sua negotia ad Romanam curiam deferre, ut in ea tractarentur: adeo ut recursum habere laetus pateat, quam accedere.

Norandum est postrem⁹ circa ultimam clausulæ particula: illa non continet eos qui quisitio aliquo colore, dolo, arte, & fraude, impeditur aliquem, ne ad Romanam Curiā pro causis, gratiis, vel literis accedant, aut recursum habent; nece gratias vel literas impetrant: sed solum eos qui directe vel inducēt, ne quid eorum fiat, prohibent, statuant, vel mandant, vel prædictas gratias aut literas apud se, aut Notarios, velalios, quoniamdolibet retinere presumunt. Quod præsumendi verbum, adiutare indicare in hac read excommunicationem requiri ut sic verita, sicut per præsumptionem & temeritatem: ideoque ignorantiam & bonam fidem ab ea post excusat.

C A P V T XII.

De decimaquarta excommunicatione; in eos qui causas spirituales aut spiritualibus annexas ab auditoribus & commissariis Apostolicis, aliove Iudicibus ecclesiasticis auocant, lata his verbis.

14. Item excommunicatis & anathematizatis omnes & singulos, qui per se velalios, auctoritate propria ac de facto, quarumcumque exemptionum vel aliam gratiarum, & literarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimatum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab auditoribus, & commissariis nostris aliusque Iudicibus ecclesiasticis auocant, illarumve curiam & audiendum, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas ipsas profecte qui volentes, impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt. Quive partes actrices, quæ illas committit facerunt, & faciunt: ad reuocandum, & reuocari facendum, citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas; & ad faciendum vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emahantur, à censuris & penitentia in illis contentis absolvi; per statutum, velalios compellunt; vel executoriem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, ac decretorum prædictorum, quoniamdolibet impeditur: vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiae prohibendæ, vel aliarum prætentiorum, sevetiam donec ipsi nos informandos, ut dicunt supplicauerint; nisi supplicationem humi⁹modi coram nobis & Sede Apostolica legitime prosequatur: etiam talia committentes, fuerint Præsidentes Cancelliarum, Consillorum, Parliamentorum, Cancellarij. Vicecancellarij, Consiliarij, ordinarij, quorūcumque Principum saecularium: etiam imperiali, regali, ducali vel alia quacumque præfulgent dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint.

S V M M A R I V M .

333. Actiones ob quas, & persona in quas decimaquarta excommunicatione fertur.
334. Non est quidem hoc excommunicatio antiqua in Bulla Cœne est tamen in corpore iuris cap. Quoniam de immunitate Ecclesie. In quo, ob quas actiones, & in quas personas feratur.
335. Excommunicatione imponitur, qui ea ob que imponitur, agunt publica auctoritate.
336. Detricti prætextu quo aliqui se tegunt: & an necessarium sit aliquam eorum intervenire ad hanc excommunicationem incurram.
337. De prætextu prohibendæ violentia.

338. Explicatio dubij, an incurram in hinc ix. communicationem, qui illo prætextu impeditur executionem literarum Apostolicarum post appellationem in tempore, & forma interpositam.
339. Explicatio alterius dubij. An Reges defendere possint eos qui colorato aliquo titulo possident ecclasiastica beneficia.
340. Cautio adhibenda in tali defensione.
341. Abusus est, quod à Licio Iudicibus coguntur Iudices ecclesiastici processus originales ad ipsos mittere.
342. Nullo modo lucis intronitare se in causis spiritualibus: & quid agere debeant, si in eis subditis ipsorum vexentur.
343. Quoniam prætextus supplicandi Pape, non excusat ab haec communicatione.
344. Quiprætextus ab eadem excusat.
345. Collatio cap. Quoniam, de immunitate Ecclesie, cum haec clausula Bulla Cœne.
346. Notanda circa cap. unicum De iis que vi in.

Huius excommunicationis materia ex Calixto in verbis Excommunicatio. cap. 30. est sacrilegium quo offenditur Sedis Apostolice authoritas in cogitatione causarum spiritualium & spiritualibus annexarum: Personæ in quas profertur sunt: tum generaliter certe, tum nominatum. Primo quidem Præsidentes Cancelliarum: secundū Præsidentes consiliorum, tertio Præsidentes Parliamentorum: quartio, Cancellarij: quinto, Vicecancellarij: sexto Consilliarj ordinarij vel extra, ordinarij quorūcumque Principum saecularium quacumque præfulgent dignitate: septimo, Archiepiscopi: octavo, Episcopi: nono abbates: decimū Concedatq; vndecimū, Vicarij: quatenus eos circa certas causas eis personis commissari, quedam agere contingit, cuiusmodi certæ causæ sunt: primo, causa belli & officiæ: secundo, causa decimatum: tertio, causa alia spirituales: vt de matrimonio, diuortio, excommunicatione, peritio, simonia, & similibus: quartio, causa annexæ spiritualibus, vt de iure patronatus, de feudo Ecclesie, &c. Pertinent quibus tales commissaria dicuntur: sunt primo, Auditores Summi Pontificis 2. eiusdem Commissarij: 3. alij Iudices ecclesiastici. Ea denum quæ contingit agere circa easdem causas, hicque prohibentur sub excommunicatione: sunt principaliter quidem: 1. causæ huiusmodi à prædictis Auditoribus, Commissariis vel Iudicibus auocare. 2. impeditre illatum cursum & audiendum. 3. impeditre personas, capitula, conuentus, collegia volenter prosequi eisdem causas. 4. sede illarum cognitione tanquam Iudices interponere. 5. partes actrices quæ prædictis personis causas prædictas committi fecerunt, & faciunt: per statutum, vel aliter compellere ad renocandum, & reuocari faciendum, citationes, vel inhibitiones, vel alias literas in eis decretas. 6. easdem partes similiter per statutum, aut aliter compellere ad faciendum vel consentiendum, viij contra quos tales inhibitiones emanantur, absoluuntur à censuris & penitentia quæ in eisdem inhibitionibus continentur: 7. quoniamdolibet impeditre excommunicationem literarum Apostolicarum, seu executorialium processuum ac decretorum. Quæ vero minus principaliter & tanquam accessoriæ actiones hic prohibentur, sunt: 1. præstare fauorem agentibus prædicta. 2. eisdem præstare consilium. 3. præstare assensum. Neque in his ad excommunicationem admittitur prætextus violentiae prohibendæ, vel aliarum prætentiorum quæ solent adferri: exemptionum, gratiarum, & literarum Apostolicarum: acne quidem prætextus supplicationis faciendarum ad ipsum Summum Pontificem informantum: nisi sic præxentes coram eodem Summo Pontifice & Sede Apostolica, tales supplications legitimè prosequantur.

Notandum est primò, clausulam qua excommunicatione hæc profertur, non esse integrā, sed solum partem illius qua feruntur adhucres sequentes, ita ut majoris tantum claritatis gratia quatuor diuersis numeris distincta sit: ut conjectura satış aperta est, quod omnia quæ sub illis diuersis numeris continentur, ad Ecclesiasticanam libertatem pertineant: nec in eis repetantur verba Excommunicamus, & anathematizamus, vt factum est in singulis aliis. Id enim indicio est, à positis in hoc 14. numero, pendere quæ ponuntur in quatuor sequentibus. Porro licet ista excommunicatione non videatur multum antiqua esse in Bulla Cœne Domini; cum apud Syli, qui tempore Leonis decimi scripta

Summarum